



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Magnificandus est Status Religiosus, quia martyrio æquiparatur. Cap. IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

quod culpa admittit: At ecce per secessionem (id est ingressum in religionem) & obedientiam, & confessionem sunt remissa.

Ann. 82. 6. Et in testamento suo, quod recenser Cardinalis Baronius: Confiteor, inquit, monasticum statum sublimem esse & excelsum & Angelicum, qui & peccata omnia expurget absoluta vite perfectione.

CAPVT QVARTVM.

Magnificandus est status religiosus, quia Martyrio aquiparatur.

Nona. Causa.

CVr magnificanda sit vocatio ad statum religiosum est, quia religiosi sint viui Martyres, & aquiparantur Martyribus; imò aliquando Martyres euentus superant.

Primo, quia sunt toti dicati seruitio Dei, & in eo perpetuò versantur, virtutum exercitio attendentes. Hanc ob causam S. Hieronymus S. Paulam Martyribus annumerat. Nam scribens ad Eustochium ait: Gaudes, mater tua longo martyrio coronata est. Non solum enim effusio sanguinis in Martyrio reputatur, sed deuote quoque, mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Hoc etiam S. Ecclesia agnoscit. Nam in Martyrologio Romano 26. Ianuarij, dicit, eam esse longo Martyrio coronatam. Hinc S. Cyprianus vitam in virtutibus ornatam eximie appellat, gloriosa virtutum Martyria. Et S. Teresia ait: Vita hominis Religiosi, & eius qui vult esse, ex strictis amicus Dei, est longum Martyrium.

Et ita ob virtutum excellentiam, quae fuit in S. Gertrude, reuelatum ei fuit adhuc primo anno, quo fuit facta Abbatissa, eam promeritam esse tantam gloriam in caelo quantae erat Virginitum praecipuarum canonizatum Martyrio affectarum, vt scribitur in eius vita. Quocirca S. Cyprianus Martyr: Non solum, inquit, animadueros & interfectos diuina pollicitationis manent premia, sed etiam si ipsa passio fidelibus desit, fides tamen integra atque inuicta persistit, & contempta, ac relicta suis omnibus Christum sequi Christianus ostenderit, ipse quoque, à Christo inter Martyres honoratur. Ideo S. Antonius Abbas, teste S. Athanasio in vita eius, cum occasionem Martyrij in Alexandria quaesitam non inuenisset, regressus est ad Monasterium suum, ad quotidianum (vt eius verbis vtat) fides & consentie martyrium. Quia vita sanctè in Deo seruitio transacta, perpetuum martyrium est. Hinc vt scribit Thomas Cantipratanus in vita S. Ludgardis

Virginitatis Ordinis Cisterciensis, cuidam deuotae feminae reuelatum fuit, S. Ludgardem habituram aequalem gloriam gloriae S. Catharinae Martyris: & hoc ipsum reuelatum fuit S. Gertrudi Virginitatis Ordinis S. Benedicti, primo anno quo facta est Abbatissa. Sic S. Bernardus ait, S. Iohannem Euangelistam fuisse apud Angelos Martyrum.

Idem de Epistola Paulae. cap. 11. Idem de Epistola Paulae. cap. 11. Idem de Epistola Paulae. cap. 11.

Idem de Epistola Paulae. cap. 11.

quibus tanquam spiritualibus creaturis, spiritualia deuotionis eius signa certius innotuerunt.

Secundo, Religiosi sunt Martyres, quia libenter patiuntur persecutiones, detractiones, maleuolentias contumelias, conuitia, quibus Deus ob dandam eis materiam meritorum, & coronarum in caelo, permittit eos domi, & foris exagitari, à iudicijs & linguis & penis hominum, & vt eos similes reddat tanquam vera membra capiti Christo, similia passo. Et idem S. Gregorius Papa inter Martyres numerat Ste-

phanum quendam, multa ab hominibus passum. Et idem ibidem ait: Mori à persequente, martyrium in aperto est. ferre verò contumelias, odientes diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Ideo S. Cyprianus scribit Daniele Prophetam, nec solitudine regionis aliena, nec persecutionis assidua infestatione deterritum, frequenter ac fortiter gloriosa edidisse martyria. Et de omnibus dicit idem S. Ioannes Chymacus: Beatus qui propter Deum quotidie maledictis & conuitijs lacesitus, sibi vim fecerit, hic enim Martyribus tripudiantibus & Angelis parem confidentiam & gloriam merebitur. Hinc de S. Martino testatur Ecclesia: Quem est gladius persecutoris non absulit, palmam tamen martyrij non amisit. Magnas enim persecutiones patiebatur à domestico Brietio, eius visiones & miracula irridente, & coram alijs traducente, sicut & à quibusdam Episcopis, vt scribunt, S. Gregorius

Turonensis, & Seuerus Sulpitius. Quod quidem genus martyrij est gloriosius, si non tantum quis libenter patiatur persecutiones, sed etiam (vt faciunt boni religiosi) pro iis Deo & persecutori agat gratias. Nihil est animà illa sanctius, inquit S. Ioannes Chrysofomus, que in malis Deo agit gratias. Reuera illa nihil distat ab anima Martyris. Similiter & ipsa, & ille coronatur. Si ergo dolores tulerit, & gratias egerit, coronam accipit martyrij. & alibi: Ea res pro martyrio tibi imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro illo, Deum obsecrando, vt illi fiat propitius.

Tertio, Religiosi sunt Martyres ob paupertatem, quam vouerunt. Quid sibi vult, inquit S. Bernardus, quod eadem promissio facta est pauperibus & martyribus: nisi quia verè martyrij genus est paupertas voluntaria: Quod enim Martyrium grauius est, quam inter epulas esurire, inter vestes multas & pretiosas (quae haberi poterant in seculo) algere, paupertate premi, inter diuitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat ipse noster appetitus: in non merito coronabitur, qui sic certauerit, mundum abiiciens promittentem, irridens inimicum tentantem & quod gloriosius est, de ipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? Denique propterea pauperibus pariter & martyribus regnum caelorum promittitur, quia paupertate emittitur, sed in passione pro Christo, absq. omni dilatione percipitur. Et S. Chrysofomus, illis pueris, qui in forna-

hom. 23. cem ad pop.

B

30.

hom. 35. in Euang.

ep. 68.

ep. 4.

Gr. lib. 2. hist. Frac. cap. 1. Scu. c. 20. vita.

hom. 8. in ep. Coloss.

hom. de David & Saule.

31. S. 1. de omni. San. Matth. 5.

cem Babylonicam erant inieci, & inter Martyres numerantur à Sanctis. Pares reddi, ait, qui paupertatem ferunt cum gratiarum actione. Nam & igne terribilior est paupertas, & magis vrere consuevit. Idem alibi. Sunt & alia oblationes, qua sunt holocausta Martyrum. Ibi & anima & corpus offeruntur: illa sacrificia odorem suauitatis habent maximum. Potes & tu si volueris tale sacrificium offerre. Quid enim si non igni comburatur corpus? Sed alio igne potest, vt pote paupertatis, voluntariae tribulationis. Cum enim liceat deliciose degere, si eligatur laboriosa vita & amara mortificansq; corpus, nonne holocaustum est? Mortifica ergo corpus tuum & crucifige, accipies & tu huius martyrij coronam. Et S. Angelus Martyr apparet B. M. Magdalenae de Pazzis dixit: *Anima que possidet paupertatem, vrsupare sibi coronas Martyrum.* Et S. Agnes dixit S. Brigittae: *Martyrij genus est, delicias habere & delicias non vrere.*

Quarto, Propter Castitatem quam perpetuo seruant Religiosi, & occidunt in se impuros concupiscentiae motus eis resistendo. Non ideo laudabilis Virginitas, ait S. Ambrosius, quia & in Martyribus reperitur, sed quia ipsa Martyres faciat: nimirum, per neccationem corporea delectationis, vt dicit S. Thomas. Quod non tantum de propria virginitate intelligendum est, quae nullo peccato contrario castitati est violata, sed etiam de illorum castitate, qui post multa peccata carnalia conuersi, castè deinceps viuunt quia & hanc S. Bernardus inter genera Martyrij ponit. *Parcitas, inquit, in vbertate, largitas in paupertate, castitas in iuuentute, Martyrium est sine sanguine.* Habet & pudicitia Martyrium suum, vt ait S. Hieronymus. Vnde merito S. Augustinus monet: *Contra mortifera blandimenta luctemur, (ille autem virginitatem perdidit, luxuria peccatis, quae ipse commemorat) Scientes, in eo etiam quotidiana martyria Christianis (inter quos, non omnes habent virginitatem) deesse non posse.* Et alibi: *Qui castitatem, & veritatem, & iustitiam in fratribus suis de sensare, in aliis & se ipso custodire voluerit, Martyr est.*

Quinto, sunt Religiosi Martyres, propter obedientiam, cui suas voluntates, suam libertatem, eam pro Deo abnegando, subiecerunt tota vita ab alieno gubernandi arbitrio, saepe facientes difficilia & molesta, & iniucunda amori proprio, & propriae voluntati repugnantia. Ita S. Theodorus Studita. *Nequaquam, inquit, gerere se ex propria voluntate, sed duci (id est Superioris) regi deformatione, quod cum aliis cunctis studiis sublimius sit, tum Martyrij habet diadema.* Et alibi ait: *Inhabere frangenda voluntati, martyrium est.* Et quidem valde molestum, imò molestius martyrio cruento. Quocirca idem S. Theodorus Studita dixit: *Nec continentia, (scilicet castitate) nec vigilis, nec dormitione in terra, (quam sollicitum vertit interpret eius) nec alio quoquam labore commendatio (tanta) quaeritur, quanta voluntatis*

coercitione, quaeque martyrij cuiusdam, conobiaci representatione certaminis.

Sexto, sunt Religiosi Martyres propter multa aspera, & molesta tum corpori, tum animo, quae necessarid accidunt in vita religiosa. Quam ob causam S. Thomas appellat statum religiosum, statum penitentiae: & Sancti veteres Religiosos appellant vitios Martyres, & Crucifixos. Ita eos appellat S. Chrysostomus, S. Basilii, S. Ephrem, S. Theodorus Studita, Cassianus, & S. Macarius, & S. Bernardus. Hinc boni Religiosi, ostensi sunt à Christo Domino in visione, tanquam crucifixi.

Cum Stephanus Religiosus medicorum iusu in graui morbo carnes comedisset, & frater eius eum inuisens esset offensus, iustus est retrò conuertere oculos, & vidit Stephanum crucifixum cum Domino, vt scribitur in Prato spirituali, libro commendato in secundo Concilio generali Niceno. Scribit etiam Celsarius, in Luca domo Ordinis Cisterciensis Conuersum quendam pium, nomine Rodolphum, post multas preces sub dio stantem, & orationes aliquas dicentem, vidisse Christum in aere cruci affixum pendentem, & circa eum quindecim homines singulos, in singulis crucibus, è quibus erant decem monachi, (hoc est clerici) & quinq; Conuersi, (id est laici) omnes è bene noti, vt pote Congregationis suae professi. Cumq; suspensus staret ob tam mirabilem visionem, Dominus de cruce clamauit: *Nosti Rodulphus qui sint hi, quos circa me vides Crucifixos? Respondenti Conuerso, Nosti Domine qui sint, sed quid sit quod video, prorsus non intelligo. Subiunxit Dominus: Hi soli ex omni Congregatione mecum crucifixi sunt, mea passioni vitam suam conformantes. Quocirca bene dixit S. Theodorus Studita suos monachos alloquens: *Gaudemus fratres quod meruimus nos quoque hostimentum, (id est, partem) pro beneficiis & adaequatam compensationem: is enim sensus est huius verbi latini, apud Plautum, & Festum) Deo reddere pro cunctis beneficiis. Et quod est autem hostimentum: crucigera, quam inimus, vita, & confessio in qua stamus, ac diuina spe gloria triumphamus, quod indubie est martyrium.* Et alio in loco id probat testimonio S. Pauli: *Nunquid soli martyres sunt, qui sanguinem profundunt? minime verò, quin ij quoque, qui vitam obeunt diuinam. Ait enim Apostolus: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustissimi, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terra. Et paulo post: Tantam habentes nubem Martyrum (nati pro latino verbo, quod in nostra Vulgata est, testium; graecè est, τῶν μαρτύρων) Viden' vt vniuersè Martyres vocant omnes pietatis amantes, effugiamq; vitam tolerantia habentes?**

Septimo, Religiosi sunt Martyres, quia in Religione melius quam in seculo resistunt vitis, propensionibusque malis, & mortificant auersiones à bono, & sensus ad illicita proclues, & voluntatem propriam subigunt, & quodammodo

hom. in c.  
6. Hebr.

a. p. vit. c.  
12.

1. 4. Reuel.  
cap. 17.  
32.

1. 1. de Vir.  
ginib.

in sent.  
paru.

ep. 8. ad  
Demetri.

ad.  
8. 2. 10. de  
temp.

1. 2. Conf.  
c. 2. & 1. 6.  
c. 11. & 12.  
de honore  
state mu-  
lier. c. 3.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

modo necant inordinatos actus vitiorum, & passionum, & sensuum, & propriae voluntatis. Quamvis occasio Martyrij desit, inquit S. Gregorius, habet tamen & pax nostra martyrum suum: quia est carnis colla ferro non subucimus: spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus.

Et S. Augustinus: Nemo dicat quod temporibus nostris Martyrum certamina esse non possunt; habet enim & pax nostra Martyres suos. Nam iracundiam mitigare, libidinem fringere, iustitiam custodire, auaritiam contemnere, superbiam humiliare, pars magna martyrij est. Et ita S. Gertrudi reuelatum fuit, vt scribit Lanfpergius: Religiosos sub vna regula obedientiae viuentes, Martyribus annumerari, etiam si sanguinem non spargant, quia propriae voluntati resistunt, & sensus mortificando, a peccatis ad qua propendunt, abstinent, & sic se Deo offerunt in odorem suauitatis. Et non qualescunque martyrium hoc est, sed crucifixio. Inter cuncta enim martyrij genera, inquit B.

Petrus Damiani, illud non immerito iudicatur esse praecipuum: quod in ipso Redemptore nostro, capite videlicet Martyrium, cognoscitur dedicatum. Vitius autem & concupiscentis resistere, se crucifigere est teste Apostolo: Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentis. Quae verba tanquam peculiariter ad Religiosos spectantia, illis accommodant Sancti, Basilii, Chryostomi, Dorotheus, Macarius, Bonaventura, Laur. Iustinianus. Non detrectemus, inquit S. Theodorus Studita, quaedam quasi martyrio persungi conscientiae. late vniuersa ferentes, oburgationes, seu flagra voluntatum coercionem, seu obtruncationem: cogitationum impetus, seu accensas a diabolo pyras. Quocirca meritò S. Iohannes Climacus, statum religiosum appellat spiritualis belli martyrium. Boni enim Religiosi pugnant & cum diabolo, eius resistendo tentationibus, tanquam insulibus bellicis, & secum ipsis, occidendo in se impetus vitiorum in seculo acquiritorum, & motus inordinatos passionum praesertim irae & amoris. Hoc, inquit S. Theodorus Studita, est multiplex & diuturnum martyrium. Nam qui assiduis peritis cogitatis, minime cedat. Baal adorare renuat, vitia transiit cupidinem, furorem iram, timiditatem, ne is martyrio in dies multetur habeatq, quod cum Paulo dixerit: Quotidie morior per glorificationem vestram, quae est in Christo Iesu.

Offauò. Religiosi boni sunt Martyres, quia in Religione ex sincero Dei & proximorum amore, magno dolore cruciantur ob peccata secularium & ob Christi Domini passionem, & absentiam corporalem Christi D. quem amant, & ob calamitates temporales, & iniurias diuersas aliorum quibus plenus est mundus. Omnes, ait Beatissima V. Maria S. Brigittae, qui tribulantur, ex eo quod Deus non habet honorem a creatura sua, & quod modica charitas est in ea, sunt triticum illud seu panis triticus, de quo Deus & omnis exercitus caeli gaudet. Cor hominis tantum in se dolet, quantum

amat: vt dixit Deus Pater S. Catharinae Senensis. Ideò B. Petrus Damianus, Ioannem Euangelistam ait fuisse Martyrem, quia proximorum errantium compassionem, diu viuendo portauit. Et ita etiam S. Chryostomus SS. Iuuentinum, & Maximinum, ante mortem fuisse Martyres, quia in eontiuio quodam colloquentes inter se, dolebant Deum offendi sacrificiis idololatrieis, & tot aliis peccatis. Melior pars, ait S. Theresia, quam Christus dixit esse electam, à M. Magdalena, erant multae mortificationes, & tribulationes. Et quamuis nil aliud fuisse, videre Christum aded exosum, erat ei dolor intolerabilis. Quid dicemus de tot rebus, quae passa est in morte Domini? Teneo pro certo, illam non recepisse martyrium, quia illud prius passa est, videndo Christum mori: praeterea, non cessauit illud longo tempore pati, illis annis, qui illi erant intolerabile tormentum, in quibus vixit sine Christo praesente. Eandem ob causam Christus Dominus dixit B. V. coram S. Brigitta: Testimonium perhibeo tibi, quod tu in passione mea plus fuisisti quam Martyr. O Beata Mater, inquit S. Bernardus, te plus quam Martyrem non immerito predicamus, in qua nimirum corporee sensum passionis excesserit compassionis affectus. Et B. M. Magdalena Pazzia in quodam rapru, ostensa sibi diuinitus magnam gloriam B. Aloysij exclamauit, & dixit: Aloysius fuit Martyr incognitus: & causam subiecit: Quia qui te amat Deus meus, te cognoscit tam magnum, & infinites amabilem, vt magnum martyrium illi sit, videre quod te tantum non amet, quantum desiderat te amare, & quod non ameris a creaturis, imò offendaris. Hec est persecutio, inquit S.

Augustinus, quam patiuntur omnes, qui volunt in Christo pie viuere secundum Apostolicam veram mortuamq, sententiam. Quid enim hic magis persequitur vitam honorum, quam vita iniquorum? non cum cogit imitari quod displicet, sed cum cogit dolere, quod videt. Quoniam coram pio viuens impiè, est non obligat conscientem, cruciat sentientem. Verè ergo scripsit Tertullianus: Dilectio hominem Martyrem excudit. Sicut in moneta typo sigillari excuditur imago Principis, Principis, inquam, nostri Christi, Regis gloriosi Martyrum, vt canit Ecclesia: Ita amor Dei dolorem ob eum offensum excitans, est, vt ait S. Gregorius Nazianzenus, Dulcis Tyrannus, animas religiosas martyrio afficiens in cruento. Immo est ipsum Martyrium. Nam vt scribit S. Ambrosius expendens illa verba, Cantic. 8. 6. fortis est vt mors dilectio. Est, inquit, & illa mors Sanctorum, adequatur martyrum passioni. Quocirca bene scripsit P. Balthazar Aluarez ad quendam, qui bonam vitam relicta malam elegerat, quam ob rem ille vehementi dolore cruciatur. Quoniam, inquit, verba mihi desunt ad contumnum, quem in anima mea sentio dolorem explicandum, hic finio, & tu quoq, sinem impone martyrio, quod me afficit.

Dolere quoque ob aliorum calamitates, est illis apud Deum proficuas, quia patienter pro Deo toleratas, est species martyrij, cuius in Religione,

40.

B 2

ligione,

40.

40.

40.

40.

40.

40.

40.

40.

40.

40.

40.

40.

dial. c. 93. S. 1. de S. Ioan.

S. in Iuu. & Max.

Cast. Mál. 7. cap. 4.

li. 1. Rex. cap. 52.

S. 7. de Assump.

c. 63. vit.

cp. 145.

in Scorp. adu. Gn.

orat. 27.

l. de Isaac & anima cap. 8.

Vit. c. 34. pag. 397.

hom. 1. in Euang.

S. 20. de temp.

l. 4. c. 57.

38.

tr. 1. S. 8.

Gal. 2. 24.

Basil. epist. 63. ad Cl. Antioch.

Chryost. hom. 57.

ad pop. Dor. S. 1.

Mac. in Laur. c.

10. Bon. in vita S.

Franc. c. 5.

Iulian. l. de obed. cap. 16.

Stud. S.

38. Cl. gr. 4.

S. 84.

1. Cor. 15. 31.

l. 4. Rex. cap. 48.

ligione, suos ad perfectiorem charitatem proximorum excitante frequentior est usus. Ideo S. Martyr Cyprianus, ponderans magnum dolorem Matris Machabæorum videntis ante se truncidari filios ait: *Admirabilis mater, quæ nec sexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate commota, morientes liberos spectavit libenter, nec penas illis pignorum sed glorias computavit, tam grande martyrium Deo præbens virtute oculorum suorum, quàm præbuerant filij eius tormentis, & passione membrorum.*

41. Nondum sunt Martyres illi Religiosi, qui ex charitate exponunt se probabili periculo mortis, vel tempore belli iusti, vel tempore pestis, non deserendo ibi morientes, sed assistendo illis. *Magnum profusum est martyrij genus, inquit B. Laurentius Iustinianus, vltro se pro Christi honore dare periculis. Audi sine ferro martyrem, ex sola charitate morientem. Quotidie morior propter gloriam vestram.* Ideo in Martyrologio Romano 28. Feb. hæc leguntur verba: *Alexandria commemoratio sanctorum Presbyterorum, Diaconorum & aliorum plurimorum, qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis seuisima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissimè mortem appetere, quos velut Martyres Religiosa priorum fides venerari consuevit.* De quibus celebris ille S. Dionysius Episcopus Alexandrinus, multa scribens, hæc etiam habet: *Ex Patribus qui virtute erant præstantissimi, in hunc modum mortem appetuerunt, ad eò ut istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem & robustam fidem suscipiebatur, nihil à Martyrij splendore abesse videretur.* Bene ergo dixit S. Barlaam S. Iosaphat, teste S. Ioanne Damasceno in eorum vita: *Religioso animo ac voluntate Martyres, eà gloriâ, quam cruenti Martyres obtinent minimè carere.*

42. Dixi suprâ, Religiosos aliqua re superare Martyres cruentos, suis martyriis incruentis: quia diutius tolerant suprâ dicta martyria sua sine sanguine. *Martyr fuit, inquit B. Petrus Damiani, S. Iohannes Euangelista, quia multa pro Domino persecutionum supplicia pertulit. Martyr fuit, quia crucem Domini (sicut Religiosi faciunt) per sui corporis afflictionem & proximorum errantium compassionem diu viuendo portauit, & quò ceteris Apostolis in carne prolixius mansit, eò durioris martyrij tormenta sustinuit.* Mortuus est enim S. Iohannes Euangelista Anno Christi 101.93. suæ ætatis, vt Baronius colligit ex S. Epiphano. *Genus martyrij est, inquit S. Bernardus, spiritu facta carnis mortificare, non illo nimirum quo membra caduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius.*

Hanc veritatem confirmant B. M. Magdalenæ Pazzia, quæ in quodam raptu, quem habuit SS. Innocentium die, sic dixit: *Sunt Religiosi similes Innocentibus in Martyrio: quia est iugum illorum sic suauissimum seruentibus, amantiùs nihilominus potest appellari gloriosum martyrium, quia adfert continuam afflictionem illis, qui volunt obseruare in-*

tactam illam puram obseruantiam religiose vite, tam sanctorum votorum, quàm aliarum ordinationum. *Sunt quidem isti puri innocentes superiores Religiosi, in quantum re ipsa dederunt vitam, & sanguinem pro Iesu, sed superati sunt, in quantum illorum martyrium transiit in vno momento; hoc verò Religiosorum durat diu, & semper est martyrium: & quia illorum martyrium non fuit voluntarium: hoc verò Religiosorum integrâ voluntate est acceptatum, & amatum.* Et talia martyria incrementa, quæ in Religione quotidie sustententur ob diuturnitatem, sunt maximi meriti apud Deum. Vnde Richardus Victorinus, quem & S. Thomas, & S. Bonaventura citare solent, ad confirmandas suas, autoritate eius doctrinæ, ponderans illa verba Psalmi 43. *Propter te mortificamur tota die: Quare, inquit, mortuus non creditur, qui tota die mortificatur? an forte, quia non dixit, Morimur, sed mortificamur? Scimus tamen, quia in Dei oculis maioris meriti est, sepe mortificari quàm mori. Nonne mors Martyrum tamdiu erat pretiosior, quando mortem præcedens pena proditori Quibus volentibus mori, non dabatur occidi.*

## CAPVT QVINTVM.

*Ob innumeros thesauros meritorum, & coronarum in cælo, magnificandus est status Religiosus.*

## Decima Causa

OB quam magnificandus est status religiosus, est materia perpetuò congregandi merita vitæ æternæ, & præparandi sibi coronas innumeras in cælo, quæ bona status secularis non confert. *Fieri quidem potest, inquit S. Iohannes Climacus, vt is, qui seculi negotiis & ferreis curis se deuinxit, incedat, sed non liberè. Nam & hi quorum pedes ferro compediti sunt, sepe incedunt, & semper offendunt, vulneraq; suscipiunt. Is quidem qui sine vxore in mundo degit, solis negotiis obligatus, et similis est, cui ferreis nexibus manus circumligatae sunt: id eò, si ad solitariam vel monasticam vitam currere voluerit, non prohibetur. Qui verò vxori coniunctus est, ei qui iunctas habet manus, & pedes, similis videtur.* Quocirca S. Gregorius Papa explicans illa verba S. Iob: *Ambulant in vacuum & peribunt. In vacuum, inquit, ambulant, qui nihil secum de fructu laboris portant. Alius namq; adspiciendus honoribus insudat, alius multiplicandis facultatibus æstuat, alius promouendis laudibus anhelat. Sed quia hæc cuncta quisque moriens deserit, labores in vacuum perdidit, quia secum ante iudicem nihil tulit.*

Ostensa est hæc veritas in quadam visione S. Arlenio eremite, qui primò vidit hominem lignis cadendis intentum, ex quibus eum fascem confecerat, eumq; in humeros attollere vellet, non poterat, sed alia de nouo ligna cadere, onusq; oneri addere pergebat. Rursus alterum vidit, qui magno studio ac labore aquam haurire,

I. de exhort.

Mart. c. ii.

S. de S. Martino.

apud Eu. feb. l. 7. hist. c. 16. &amp; 17.

Bar. An. 101. Epip. hæc. 51. Ber. l. 30. in Cant.

4. p. vit. c. 19.

in Psal. 118.

43.

g. 1.

1. 7. mor.

cap. 13.

Iob. 6. 18.

Plat. l. 1.

cap. 33.